

- 21 Quibus modis rescindatur iste contractus.
- 22 Quando rescinditur iste contractus per lesionem ultra dimidiam iusti pretii.
- 23 An remedium legis secunde C. de rescind. vendit. habeat locum, quando res venditur in publica subhastatione.
- 24 Quando rescinditur contractus remedio legis secunde, an debentur restitui fructus.
- 25 Si quis iurat non intentare istud remedium legis secunde, an possit postea illud intentare.
- 26 An detentus possit agere isto remedio, quando dicitur, quod donabat illud, quod pueres pro re dabit.
- 27 Contractus rescinditur per pactum de retrovendendo.
- 28 Si in pacto de retrovendendo non sit positum tempus intra quod debet venditor offerre pretium, usque ad quod tempus possit nisi isto pacto de retrovendendo.
- 29 Si pactum de retrovendo dicitur est positum, & ille qui emit rem vendit alteri, ille tertius an teneatur ex illo pacto.
- 30 Per pactum legis commissaria rescinditur iste contractus, emptionis & venditionis.
- 31 Quando contractus rescinditur per pactum de retrovendendo, vel per pactum commissoria, an debeatur quælibet.
- 32 Res vendita, cuius periculo pereat.
- 33 Quando debeat evictio.
- 34 An in divisione hereditatis habeat locum evictio.
- 35 In contractibus lucrativis, an habeat locum evictio.
- 36 In legatis, an habeat locum evictio.
- 37 In dote, an habeat locum evictio.
- 38 In contractu transactionis, an habeat locum evictio.
- 39 In contractibus onerosis, quo tempore habeat locum evictio.
- 40 Si emptor vel possessor compromisit litem motam, vel movendam in arbitrium, & condemnatur, an possit agere de evictione.
- 41 Si emptori, vel possessori evincitur res de jure specialis, an habeat locum evictio.
- 42 Quando quis emit rem sciens esse alienam, an habeat locum evictio.
- 43 Si emptor expellitur de re violententer, an habeat locum emptio.
- 44 Si quis emit hereditatem, & vincatur, an possit emptor agere de emptione.
- 45 An possit quis agere de emptione circa jus servitutis.
- 46 An actio de emptione transeat in particularem successorem contra primum venditorem.
- 47 Si contra emptorem rei mota fuit litis, & emptor obtinuit, an venditor teneatur solvere ex expensis, quas in lite fecit.
- 48 Si animal, vel servus venditus sit, & est morbosus, an possit rescindi contractus.
- 49 An venditor debeat expresse vitium servi, vel animalis venditi, exprimere.
- 50 Qua res prohibeantur vendi.
- 51 An, & quando compellatur quis vendere suam propriam rem.

CONTRACTUS, qui perficitur, & celebratur consensu, est ille, ad cuius validitatem non requiritur stipulatio, neque alia formalis solemnitas, nisi solus consensus ultimarum partium, ut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, donatio, mandatum, hypotheca, & similes contractus: quos omnes per

ordinem magistraliter prosequendo, in primis se offert contractus emptionis & venditionis, qui frequens & quotidianus est, & à quolibet fieri potest, dum tamen habeat sensum & intellectum, nisi lege prohibeatur. In quo requiruntur pro forma res ex parte venditoris, & primum ex parte emptoris, & simul consensus partium; textus in l. 1. & per tot. ff. de contrahend. empt. textus in l. 1. & per totum, C. eod. tit. textus in §. i. ff. de iur. lib. textus in l. fin. cod. de reb. alien. textus in l. pen. ff. de pact. textus in l. 2. ff. si quis à paren. fuer. manumiss. cum similibus.

Et in tantum hoc est verum, ut talis contractus emptionis, & venditionis valeat, & teneat, etiam inter patrem & filium. Quod tamen intelligo isto modo: quod de jure antiquo non valebat super rebus profectitiis, & adventitiis, quia pleno jure quærebantur patri, ut in leg. placet, ff. de contrahend. heredit. cum similibus, & tanquam in re propria non consistebat emptio, ut in leg. sua rei, ff. de contrahend. matrim. item etiam, quia inter patrem & filium non oritur obligatio civilis & naturalis, ut in leg. frater à fratre, ff. de condit. indeb. Item etiam inter eos non datur iudicium, vel lis, mediante qua fiat exactio, ut in leg. lis nulla, ff. de iudic. in rebus tamen castrensibus, vel quasi, bene valebat: quia in eis non attenditur patria potestas, sed filius habetur tanquam paterfamilias: ut in l. 1. §. fin. cum l. leg. ff. ad Maceon. textus est, quia sic debet intelligi in l. 2. ff. de contrahend. empt. Cujus verba sunt: Inter patrem & filium contracti emptio non potest, sed rebus castrensibus potest: & ibi notat, & declarat Glossa ordinaria Olofred. Bald. Alberic. & communiter Doctores, & idem disponit lex 2. tit. 5. §. 5. part. Hodie verò nihil est immutatum in rebus profectitiis, castrensibus, vel quasi: sed in adventitiis valebit emptio & venditio in casibus, in quibus usufructus non perinet patriæ castibus verò, in quibus patri quæritur usufructus, non valebit, quia est legitimus administrator filii, l. 1. Cod. de bon. mater. unde eo auctore non possit inter eos fieri contractus, argumento text. in l. 1. ff. de auctor. tut. & in §. fin. Insti. eod. tit. Quod tamen est verum, & procedit, præterquam si palam, & bona fide fieret contractus in præsentia iudicis, vel propinquorum: quia tunc cessat omnis præsumptio fraudis, argumento text. in l. cum ipse, cod. de contrahend. emptio. & in l. transactionem, cod. de transact. ita tenet, & declarat Bart. in l. frater à fratre, ff. de condit. indeb. 13. col. 3. q. 9. & ibi communiter Doct. idem Bart. in l. si quis pro eo, §. 1. ff. de fideiuss. & ibi alii Doct. Bald. & communiter Doct. in l. jubemus, §. 1. cod. ad Trebell. Et adde, quod hodie de jure Regio videtur, quod talis contractus inter patrem & filium nullo modo valeat, etiam si fiat palam, & bona fide: quòd pater est legitimus administrator, ita probat expressè text. in l. 1. tit. 5. l. 5. ord. & in l. 14. tit. fin. l. 8. ord.

Item etiam valet iste contractus inter maritum & uxorem: quia licet contractus donationis non valeat inter eos, ut in leg. 2. & per totum, ff. de donat. int. vir. & uxor. & in l. 1. & per totum, cod. eod. tit. tamen contractus emptionis & venditionis, & quilibet alius contractus onerosus, bene valet inter eos, neque amor ille maximus, & intensus, qui inter eos habetur & quo ad invicem

se diligunt, impedit talem contractum vinculum, & obligationem ejus, nisi in fraudem donationis causa sit facta venditio: ita probat text. notabilis in l. si sponsus, §. circa, ff. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. text. in l. sed & si vir. §. si duo, eodem tit. & ibi etiam communiter DD. text. in l. si quis donationis, ff. de contrahend. emp. text. in l. vir uxor ff. ad Velleian. text. in l. cum maritus, ff. de pact. dotal. Nec obstat, quod hodie non valet contractus uxoris sine licentia viri: quia intelligo quando contrahit cum aliquo tertio, secus si cum marito, quia videtur licentiam prætere.

Item etiam potest quis vendere omnia bona sua, tam præsentia, quam futura: quia nulla est ratio, vel causa, que impeditur; ita probat textus à ratione cessante, in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & ibi tenet Bart. 2. col. n. 6. & communiter DD. idem Bart. in leg. fin. C. de pact. pen. col. num. 15. & ibi etiam communiter Doctores: probat etiam text. in leg. 2. universa, ff. de usucap. pro dote, text. in l. mulier, ff. de jure dot. text. in l. fin. C. qua res pignor. obligar. possunt. Neque obstat, quòd donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, non valeat, ut dicitur, leg. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & ibi plenè traditur, & notatur, quia illud est verum, & procedit in donatione gratuita, per quam tollitur libera facultas testandi, cum non possit amplius habere bona de præsentii, neque in futurum: secus tamen est in venditione, in qua pretium succedit loco rerum, & de eo potest testari, & expressè ita tenent & respondent prædicti Doct. ubi supra. Quòd tamen singulariter intellige, quando expressè actum esset, quòd vendebat omnia bona sua, tam præsentia, quam futura: secus verò si simpliciter dixit, quòd vendebat omnia bona sua: quia tunc tantum intelligitur vendere præsentia, argumento text. in l. si ita legatum, ff. de auct. & arg. leg. ubi habetur, quòd legatum factum de auro, argento, vel alia re, intelligitur de illo quòd testator habebat de præsentii, tempore testamenti, & ibi notat Bartol. & communiter Doct. text. in l. si stipulatus fuimus, §. i. ff. de verb. oblig. text. in l. si a colonis, eod. tit. text. in leg. si mandavero tibi, §. si cuius bona, ff. mandati: & utrobique communiter DD. Neque obstat text. cum materia, in leg. fin. C. qua res pignor. oblig. poss. ubi disponitur, quòd in obligatione & hypotheca bonorum, simpliciter, & generaliter facti comprehenduntur bona tam præsentia, quam futura: quia ibi tractatur de nullo, aut parvo præjudicio, cum soluto debito liberentur omnia bona, & ita solvit, & declarat ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. solvit etiam & declarat Bart. in d. l. si ita legatum, ff. auct. & arg. leg. 2. col. n. 3. & ibi alii Doctores.

Item etiam potest quis vendere totam rem, vel partem ejus integram, & diversam, vel partem quantitativam pro indiviso, vel etiam quodlibet jus servitutis realis, personalis, vel mixta, ita probat textus in l. si in emptione §. omnium, ff. de contrah. empt. text. in leg. quærens, l. 2. ff. de servitut. cum similibus. Item etiam potest quis vendere tam rem propriam, quam alienam, sine præjudicio tamen domini: quia poterit ab emptore, vel quolibet tertio possessore vindicare: text. est in leg. rem alienam, ff. de contrah. empt. text. in l. si emptione, §. item si emptor, eod. tit. text. in leg. exemptio, §. 1. ff. de Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. II.

ubi empt. text. in leg. & per totum Codic. eod. tit. Cujus ratio est: quia per venditionem non constituitur jus in re, sed tantum persona obligatur rem tradere, quò lo est aliena, ut in dictis iuris.

Item etiam potest quis vendere hereditatem universalem, sibi delatam ex testamento, vel ab intestato, text. est in leg. 1. & per totum ff. de hered. vel auct. vend. text. in leg. 1. & per totum Cod. eod. tit. Quòd casu in emptorem transeunt utiles actiones activæ, & omnia jura, & commoda, que pertinebant ad heredem, etiam ab ique aliqua cessione. Facta verò cessione transeunt directe: text. in l. emptor hereditatis C. de hered. vel auct. vend. Cujus verba sunt: Emptor hereditatis, à tribus mandatis, eo jure uti debet, quòd is cuius persona fungitur, quamvis utiles etiam adversus debitores actiones emptori tribui placuit: & ibi Gloss. ordinaria Olofred. Pet. Cyn. Bar. Alb. Bald. Salyc. & communiter DD. Actiones verò passivæ, quibus tenebatur defunctus, & per consequens heres ejus, non transeunt contra emptorem. Imò possunt, & teneatur creditor agere, & petere debita sua, contra heredem venditorem, licet ipse, postquam solvit, possit recuperare ab emptore, actione neg. gestorum: text. est notabilis in leg. 2. C. de hered. vel auct. vendit. Cujus ratio est: quia actiones activæ bone poterit heres, & quilibet creditor, in alium transferre: sed actiones passivæ, quibus teneatur, non potest à se excutere invitis creitoribus, text. est in l. si mandato meo, verfic. i. ff. mandati: & ibi notat & commendat Bart. Alb. & communiter DD. Neque obstat text. in l. 1. verfic. placuit, cum simil. ff. ad Trebell. ubi facti restitutione hereditatis, transeunt actiones viles, tam activæ, quam passivæ, in fideicommissarium: quia alia jura loquuntur, & procedunt in restitutione, & alienatio de hereditatis, facti ex ultima voluntate. In nostro verò casu loquimur in dispositione facti ex contractu inter vivos in quo ita facilliter non transeunt jura sine cessione, vel traditione, argumento text. in l. cum hered. ff. de acquir. posses. juncta l. traditionib. C. de pact. ita tenet & declarat subtiliter Bald. Paul. Salyc. & communiter DD. in l. 2. C. de pact. facit etiam text. in l. mulier bona, ff. de jur. dot. & ibi expressè notat & commendat Bart. & communiter DD. Ne obstat etiam text. in l. 2. C. ad l. Jul. de vi pub. quia loquitur & procedit in successione universalis: & confiscatione, & legis dispositione, quo casu transeunt actiones passivæ per tota, sicut in heredem, & ad hoc notat, & commendat ibi Gloss. ordinaria Pet. Cyn. Olof. Bart. Alb. Bald. Salyc. & communiter DD. facit etiam text. in l. si constante, §. fin. ff. solut. mar. & ibi communiter Doctores.

Item adde, quòd ad hoc, ut valeat venditio hereditatis, debet esse hereditas alicujus defuncti, secus autem si vendatur hereditas alicujus viventis: quia venditio erit nullus momenti, & contra bonos mores: text. est in l. 1. ff. de hered. vel auct. vend. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. adde, quòd etiam si talis venditor sit subtitatus pupillaris, non potest vendere jus, vel spem substitutionis pupillaris nandum delatari: text. est notabilis, & expressus in l. 2. §. illud, ff. de hered. vel auct. vend. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. Imò, quòd magis est, ille qui vendit hereditatem viventis, privatur postea ejus successione, si ad eum perveniat, text. est notabilis & expressus in l. 2. verfic. in fin. ff. de his quib. ut indig. & ad hoc notat & commendat ibi Doctores,

dores, text. in l. quidam in iure, §. fin. cum leg. seq. ff. de bon. Neque obstat textus in leg. 3. §. cum specialiter, §. illo, ff. pro socio, & in l. societatem universalem, eod. titul. ubi habetur, quod bene possunt socii contrahere societatem, ut dividantur hereditates sibi obvenientes, modo & forma contenta in contractu: quia debet intelligi, quando contrahitur societas super hereditatibus incertis sibi obvenientibus, non autem in hereditatibus certis alicuius viventis, & determinate personarum, secundum Doctores, ibi.

Item adde quod etiam vendita hereditate, & omnibus bonis ea contentis, non transit dominium sine traditione, sicut si venderetur res particularis: textus est singularis in l. qui tibi, Cod. de hered. vel alt. vend. & ibi communiter DD. Nec obstat text. in l. cum heredes, ff. de acquir. poss. quia ibi est successio universalis personarum, & rerum, quam quis consequitur mediante sola additione, ut in leg. heredit. de reg. jur. in leg. nihil est aliud, de verb. sign. Nec obstat etiam text. in l. 2. ff. pro socio: ubi habetur, quod ex contractu universali, pro socio transit dominium & possessio pro parte, quia ibi intervenit facta traditio, per quam quilibet socius videtur bona sua tenere, & possidere pro se, & pro socio: & ex hoc datur maxima & singularis extensio ad text. & ejus regulam in l. traditio, Cod. de pact. cum similib. ubi habetur, quod ex solo titulo nunquam transit dominium, nisi secuta traditio, ut extendatur, etiam si sit titulus generalis & universalis omnium rerum. Imò quod magis est, hoc ego noviter extendo, etiam si sit titulus universalis & favorabilis dotis: ut si aliqua mulier promittat omnia sua bona in dotem, vel licet alter pro ea, quia non transit in maritum dominium sine traditione, ista est Gloss. singularis & unica in l. 1. ff. de usu. cap. pro dote, quam ibi summè notat & commendat Barr. Alb. & communiter DD. & reputat singulararem & unicam Bald. in leg. nulla, C. de jur. per. 1. col.

6 Item quero, an possit quis vendere actionem, quam habet contra alium? Et breviter dico, quod sic. Et virtus & effectus est, quod ipso jure transit in emptorem actio directa nomine cedentis, & actio utilis ex ipso contractu, mediante qua possit exigere debitum: text. est in l. empt. nominis, ff. de hered. vel alt. vend. text. in l. nominis eorum, eod. tit. text. in l. nominis venditio, Cod. eod. tit. text. in leg. nominis, Cod. de action. & oblig. quod habet locum, & procedit, modo debitum sit purum, modo in diem, vel sub conditione. Item modo debitor, contra quem ceditur actio, sit sciens, modo ignorans: ita probant prædicta jura. Item etiam transit utilis actio pignoris, vel hypothecæ. Item etiam transit utilis actio contra fidei jussorem, ut dictis juribus probatur. Item extendendo prædicta dico, quod si quis potest vendere actionem, ita potest eam donare: text. est in l. 2. Cod. de donat. Item in dotem dare: text. est in l. nominibus, Cod. de act. & oblig. Item dare in solutum: text. est in l. si in solutum, eod. tit. Item potest dare in pignus text. in l. postquam, Cod. de act. & oblig. text. in l. grege, §. cum pignori, ff. de pignori. text. in leg. si convenieris, l. 2. ff. de pign. act. text. in l. nomen, C. que res pign. oblig. Item potest legare: text. in l. ex legato nominis, C. de legatis. Item potest quis vendere actionem realem, quam habet contra possessorem rei suæ: quo casu transit utilis actio sine cessione, text.

est singularis in l. fin. C. de hered. vel alt. vend. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Odof. Cyn. Alber. Bald. Salyc. & communiter Doct. Ex quo collige, quod licet dominium rei non transeat in emptorem sine traditione, vera vel ficta, ut in l. traditionibus, Cod. de pact. cum similibus: tamen actio realis competens pro tali re & dominio ejus, bene transit ipso jure sine cessione. Cujus verba sunt, quia fundatur & causatur à dominio venditoris, secundum Doctores in d. l. fin. Et idem est quando conventus re, venditione vel actione reali, solvit litis estimationem: quia similiter transit prædicta actio, quia censetur facta venditio, & cessio actionis, ut in l. si culpa, ff. de rei vindicat. Ex quibus similiter collige, quod licet, in iuribus temporalibus solo titulo non transeat dominium, neque aliquod jus reale sine traditione, vel quasi: tamen ex solo titulo in actionibus bene transit utilis actio sine cessione. Quod tamen limitata & intellige, præterquam si venditio vel donatio actionis fiat in potentiorum, ratione officii: quia tunc non valet, imò amittit debitum: textus est in l. 2. C. ne liceat potent. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct.

7 Item quero, an res, que nondum est in ream natura, possit vendi? In quo articulo resolutivo dico, quod si res speratur esse, vel nasci, bene potest vendi, alias non. Ex quo inferitur quod bene potest quis vendere fructus nondum natos, sed nascituros ex aliquo fundo vel re. Item partus ancillæ, foetus pecorum, & similia: text. est in l. nec emptio, ff. de contrab. empt. text. in leg. interdum, ff. de verb. oblig. text. in l. & quæ nondum, ff. de pignor. text. in l. 1. ff. de cond. & demonstrat. text. in §. ea quoque res, Instit. de leg. text. in l. 11. titul. 5. part. 5. Et ibi contractus habet in se tacitam conditionem, si fructus nascantur: unde eis non natis, nulla est venditio, ita probat text. in d. l. nec emptio, ff. de contrab. empt. & ibi notat Gloss. ordinaria & commendat & probant prædicta jura & ibi communiter notant Doctores. Ex quo etiam inferitur, quod potest quis vendere aleam, ut captum piscium, avium, vel similibus rerum: textus est in d. leg. nec emptio, versicula, aliquando, ff. de contrab. empt. text. in l. si iustum, de action. empt. text. in d. l. 11. titul. 5. part.

In hoc tamen est differentia: quia quando venduntur fructus, contractus habet tacitam conditionem, si nascantur: unde eis non natis, contractus est nullus. Quando vero venditur alea, vel captus, statim valet contractus, & nullam habet tacitam conditionem; unde etiam si nihil nascatur, vel capiatur, valet venditio, & debetur pretium. Cujus ratio est: quoniam in fructibus verisimiliter partes cogitant, quod nascantur, à communiter accidentibus, ideo eis non natis nihil debetur: quia sub illa conditione venditur partes contraxisse: in alea vero, vel captu non est illa verisimilitudo, quia actus habet se ad esse & non esse, & ideo sola spes videtur emptæ, & istam rationem licet non sic declaratam voluit aptare text. in d. l. nec emptio, versicula, aliquando. Et tamen aliquando sine re venditio intelligitur, veluti, cum quasi alea emitur, quod fit, cum captus piscium, vel avium vel missilium emitur: emptio enim contrahitur etiam si nihil incidit, quia speci emptio est; & ista est vera, & propria ratio, licet alter dicat & declarat Barr. in leg. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & veltig. 2. colum. & Salic. & alii in l.

1. empti fides, Cod. de contrab. empt.

Item quero, an possit quis vendere rem alienam? in quo articulo breviter dico, quod sic: textus est in leg. rem alienam, ff. de contrab. emptio. Cujus verba sunt: rem alienam distrahere quem posse nulla dubitatio est; nam emptio est venditio, sed res emptori auferri potest, & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. & textus in leg. emptio ff. de act. empt. text. in leg. nemo, Cod. de rebus alien. non alien. Quo casu si emptor fuerit igno rans, & res evincatur, potest agere ad totale intercess.

8 Si vero fuerit sciens, tantum agit ad pretium, nisi fuerit stipulatus de evictione, quia tunc indistinctè potest agere ad totale intercess, textus est in l. si fundum, Cod. de evict. & ibi communis opinio: textus in leg. si emptorem, §. 1. ff. de act. & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. & communiter Doctores, & dixi suo loco. Adde tamen quod si talis res sit mobilis, & venditor vendidit eam scienter, & tradidit, necdum tenetur de evictione, sed adhuc tenetur furti, quia vere rem contraxerat, text. est in l. alienam, C. de furt. text. in leg. si servum, eod. tit. textus in §. furtiva quoque res, versicula, final. Instit. de usu cap. Cujus verba sunt: Nam quis sciens alienam rem vendiderit, furtum ejus committit. Quod intellige, quando est facta traditio rei: secus videt, si nulla est facta traditio, sed tantum vendidit, & eam existentem in absentia promittit accipere, quia tunc non intervenit contractus, & per consequens non committit furtum, argumento text. in l. si quis uxori, §. nec vero, ff. de furt. & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis in l. item si res, Cod. de alien. jud. mutan. caus. fac, quam ibi ad hoc lumè notat, & commendat Bart. & communiter Doctores. Si vero res sit immobilis, non tenetur furti: quia non cadit in rebus immobilibus, sed tantum tenetur de evictione ad totale intercess, per totum, ff. C. de evict. Et in tantum est verum, quod requiritur traditio, ut committatur furtum, quod requiritur traditio vera & non sufficit ficta: puta quod res sit penes emptorem & venditor permittat habere, vel alius: quia per talem fictam traditionem non committit furtum ista est Gloss. formalis & expressa in dict. l. item si res, in gloss. magna, in medio, quam ibi reputat mirabilem Bart. & alii Doctores, notat etiam & commendat Bald. & alii Doctores in l. alienam, C. de furt. Aret. & aliqui Doctores in l. 3. §. si rem, ff. de acquir. possess. Sed his non obstantibus, contrarium videtur de jure verius. Imò quod sufficit sola traditio ficta, ut committatur furtum, argumento text. notabilis in l. falsus, §. sed & si his, ff. de furt. per quam ita tenet Gloss. expressa & ordinaria in l. si servus, Cod. de furt. & ibi Salyc. & alii Doctores in l. alienam, eod. tit.

9 Et adde, quod licet pretium non sit certum & determinatum, sufficit, quod referatur ad aliquod ex quo possit certificari, ut si quis dicat, quod vendit rem, quanti ipse emit, vel quanti in tali area, vel loco sit, textus est in leg. hoc venditio, §. hujusmodi, ff. de contrab. emptio. Cujus verba sunt: Hujusmodi emptio, quanti tu eum emisisti, vel quanti pretii in area habeo, valet: nec enim incertum est pretium in tam evidenti venditione: magis enim ignoratur, quanti emptus sit, quam in rei veritate, incertum est, textus in leg. si fundum, eod. titul. text. in leg. si pariter, §. finali, ff. de pact. dotal. & ibi Bartolus & communiter Doctores text. in leg. certum est, ff. si cert. per. text. in l. à se toto, ff. de her. inst. text.

in leg. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat. Ex quo inferitur, quod potest fieri venditio tritici, vini, olei, vel aliterius similis rei pro pretio quo communiter talis res vendatur in foro publico tali die, vel tempore. b Item etiam deducitur & inferitur, quod non valet venditio genericè facta pro justo pretio, nisi certum pretium inter partes constituitur, ut in specie probat textus iuncta Gloss. & communi opinione in l. si fundus, §. final. ff. de pignor. ubi habetur, quod specialiter in pignore valet conventio, quo non soluto debito intra incertum tempus, res sit vendita creditori pro justo pretio; quia aliàs forte non inveniret quis pecuniam munitatam. Secundo facit textus cum materia, in leg. final. Cod. de contrab. emptio. ubi habetur, quod pretium potest conferri in arbitrium certæ personæ sed non in aperterta: ergo probabitur, quod venditio simpliciter, genericè facta pro justo pretio, non potest valere, & in terminis, per ista fundamentata, ita tenet Roman. in leg. sciendum, ff. de verbor. obligat. 9. col. n. 3. 2. Quo casu, si facta fiat venditio, vel locatio prædicto modo, & sequatur traditio, & emptor vel conductor percepit fructus, dato, quod talis contractus non valeat, nec teneat, tamen venditor, vel locator ageret ad rem, & fructus, actione præscriptis verbis, vel actione in factum, ex aequitate, argumento text. in l. quovis, ff. de præscript. verb. & per illum textum ita tenet Azon. in Summa Instit. locati: quod dictum reputat unicam & singularem Bald. in l. contractus, Cod. de fid. instrum. 3. col. vers. modo quero. Imò, quod magis est, dicebat Roman. in d. l. sciendum, de verbor. oblig. num. 3. velle Azon. in dicto loco, quod etiam implet contractus valeat, saltem ut contractus innominatus: scilicet, do tibi, vel trado hanc rem, ut pretium iustura mihi restituas, & cogitur recipiens pretium justum solvere, actione præscriptis verbis. Sed certe falsum est, nec Azon. hoc dixit, nec voluit, sed tantum, quod supra dixi, quod fructus, vel pensionem restituit: quia aliàs venditor, vel locator remanet in damno. Nec prædictis obstat text. singul. & unicus in l. exceptio, C. locati, ubi probatur, quod contractus locationis valet, nullo pretio determinato: quia videtur appositum pretium, quod secundum communem consuetudinem solet pro illa dari, & hoc notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doct. & reputat unicam Bald. ibi: quia ille textus debet intelligi, quando res locata communiter erat consueti locari pro certo pretio, & pensione: quia tunc postea simpliciter eam locando, videtur locari pro eodem pretio. Ex quo singulariter infero, quod in nostro regno in locis, quibus taxatur pretium domorum, & habitatorum earum, de consuetudine valet & tenet locatio & conductio simpliciter facta sine pretio, cum ad aliud partes videantur se referre.

Quero etiam tamen circa prædicta, si interveniat pretium & aliqua res ex parte emptoris, an sit contractus emptionis & venditionis, an permutatio: Et breviter, & resolutivè dico, quod si partes expresse dicunt, quod sit contractus venditionis, erit venditio: si vero dicunt, quod sit permutatio, erit permutatio, argumento text. in l. teneret, §. 1. ff. de act. empt. text. in l. si sterilis, §. si tibi, eod. titul. text. in l. fundi partem, in fin. ff. de contrab. empt. text. in l. si prædium, §. fin. ff. de in diem adject. cum similibus. Quibus probatur quod ille contractus erit iudicandus, quem verba partium demonstrant, & pactum appositum juxta illum censetur pars pretii; vel pars accessoria

foria ejus. Si verò partes nihil dixerunt, sed sumus in dubio: tunc debet attendi illud, quod plus valet. Nam si pretium excedat valorem rei, erit venditio, si vero ipsa res excedat valorem pretii, erit permutatio, ita probat textus notabilis in l. quidquid, §. si fundum, ff. de acquir. rerum domini. text. in c. ad quæstiones, ext. de rerum permu. & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in leg. Aristo, ff. de donat. & ibi Paul. de Castr. Imol. Rom. Cuman. & communiter Doctores. tenet etiam Alber. & alii Doct. in leg. queritur, ff. de statu hom. Joan. And. Abbas, & Canonitæ, in d. cap. ad quæstiones, ext. de rerum permu. Adde tamen, quod si res, quæ datur simul cum pretio ex parte emptoris, sit longè majoris, valoris quàm pretium, semper erit permutatio: dato, quod partes dicant quod sit venditio; & e contra, si pretium sit majoris valoris, quàm res, quæ simul datur cum eo, erit venditio: dato, quod partes dicant, quod sit permutatio: quia quando verba partium ponuntur in aliquo contractu, vel dispositione, ex quibus resultet aliquod dubium, tunc potius debet iudicari & declarari secundum propriam formam, & naturam ejus, quàm secundum verba à partibus prolata: ita probat textus in c. consil. de relig. domib. & ibi notat & commendat Abb. & commun. Doct. & in terminis in nostro casu ita tenet & declarat Paulus de Castr. in l. Aristo, ff. de donat. & ante eum voluit Bartol. & alii Doctores, & antiqui, in leg. si emptio, ff. de contrab. empt. Unum tamen est, quod si res & pretium, quod simul pro alia reddatur, sint ejusdem valoris, & partes nihil dixerunt, erit permutatio, argumento text. in l. i. ff. de estimat. actio per quem ita tenet Bart. in leg. ff. de rer. permu. pen. quæstion. Imol. & Roman. in dicit. leg. Aristo, ff. de donat. Jas. in l. 2. ff. cert. per. penult. col. in fin. licet contrarium velit Bald. in præludivi vendorum, l. 11. 6. col. um.

Item etiam principaliter quæro, an fructus rei venditæ cedant, & pertineant emptori, vel venditori? & breviter, & resolutivè dico, quod si inter contrahentes aliquid sit dictum, & dispositum, illud est servandum, ut in l. qui fundum, §. fundi, ff. de contrab. empt. Si verò nihil est dictum, vel dispositum, tunc aut fructus erant jam collecti & percepti, & cedunt, & pertinent venditori, ut in leg. si stipulatus, ff. de usur. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Aut non erant collecti, nec percepti, sed pendentes in re, & cedunt, & pertinent emptori tanquam pars rei: argumento textus in l. fructus pendentes, ff. de rei vend. & in terminis probat text. in leg. Julianus, §. si fructibus, ff. de action. empt. text. in leg. fin. §. fructus, ff. de his qua in fraud. credit. Aut tempore venditionis non erant pendentes in re, sed postea fuerunt nati, & per venditorem percepti, & cedunt, & pertinent venditori, si mora ejus non intervenit, nec præcessit: aliàs verò post moram pertinent emptori, argumento text. juncta communi opinione in leg. curabit, C. de action. empti. Et prædicta procedunt, quando fructus sunt naturales, vel industriales: si verò fructus consistunt in pensionibus rei locate, dico, quod aut jam erant debiti tempore contractus, & venerat dies solutionis, & cedunt & debentur venditori, non verò emptori, quia personalis actio non sequitur fundi possessorem, ut in leg. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. aut verò tempore venditionis non cessarent, nec erant debiti, & pertinent ad emptorem, &

venitorem pro rata, & portio ipsius temporis lapsi pensionis debita, ita probant iustasuperiora, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Item principaliter quæro, quando quis simpliciter vendit rem, an videatur totam rem vendere, vel tantum jus, vel partem, quam habet in ea: Et breviter, & resolutivè dico, quod tantum videtur vendere jus, vel partem, quam habet, & non totam, text. est notabilis in leg. qui tabernas, ff. de contrab. empt. Cujus verba sunt: Qui tabernas argentarias, vel ceteras que in solo publico sunt, vendidit: non solum partem, sed jus vendidit, cum iste taberna publica sunt, quarum usus ad privatos pertinet. Quod tamen intellige, quando emptor sciret totam rem non esse venditoris, sed tantum illud jus, vel partem, secus autem si emptor ignoraret, & quod sepe præsumitur: quia tunc totam rem videtur vendere liberam, & jure proprio, & aliqua parte evicta teneretur de evictione, ita probat textus in leg. cum venderes, ff. de contrab. empt. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. text. in l. 1. §. 1. ff. de act. empt. text. in leg. ex empto, eod. tit. text. in l. 3. eod. tit. text. in leg. teneret, §. fin. ff. eod. tit. text. in l. si sterilis, §. quamvis, eod. tit. & in leg. quæro, eod. tit. text. in l. in venditione, eod. tit. text. in l. 1. & quasi per totum ff. de evict. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. & in expresse per ista iura ita tenet, & declarat Bald. in dicit. l. qui tabernas, ff. de contrab. empt. & ibi alii Doct. idem Bald. ubi valde commendat, in rub. C. de contrab. empt. 2. col. 6. quæst. idem Baldus in l. ex his, prædiis, Cod. de evict. & ibi alii Doct. idem Bald. in l. in testamento, Cod. ad legem Falciat. idem Bald. in l. i. Cod. qui testam. fac. post. 2. col. n. 5. & ibi Paul. & alii Doctores. Paul. de Castr. notabiliter in l. si quis dominum, §. 1. ff. locat. 1. col. um. num. 5. Roman. in l. ususfructus, ff. solut. matrim. penult. col. um. num. 19. Fabian. de Monte in tractat. empt. & vendit. 6. quæst. princip. versio. circa septimum membrum, 2. col. um. Adde tamen, quod ex quantitate pretii, vel ex aliis circumstantiis potest præsumi, an videatur tota res vendita, vel tantum pars: ita Doctores ubi supra, & tenet Bartol. in leg. cum tabernas, ff. de pignor. Quod extendit, ut habeat locum & procedat in quolibet alio contractu oneroso, permutatione, dote, & similibus, ita tenent Doctores, ubi supra: secus tamen est in titulo lucrativo, ut in donatione, legato, & similibus: quia si quis simpliciter donat, vel legat rem, videtur tantum donare, vel legare jus vel partem quam habet in ea, etiam illud jus sit morte vel tempore periturum, & etiam si donatarius, vel legatarius ignoret: text. est in l. si domus, §. si ff. de legat. 1. text. in leg. quod in rerum, §. 1. eod. tit. text. in leg. uxor patri, Cod. de leg. text. in c. pastoralis, de donat. & utrobique communiter Doctores.

Item juxta prædicta quæro, si quis vendidit domum, vel fundum, an videatur vendere domum, vel fundum sibi accessorium, & e contra adhaerentem? Et breviter dico, quod si tota domus, vel fundus tam principalis, quàm accessorius, uno & eodem nomine nuncupetur à domino venditore, & in actibus ejus habiendo, locando, vel aliàs, semper eo accessoriè utebatur, tota domus, vel fundus, tam principalis quàm accessorius venit in vendicatione, licet unus ab alio distinctus sit, aliàs verò non: ita probat text. singularis in l. Seie, §. Tyranna, ff. de

de fund. instruat. & instrum. legat. ubi habetur, quod si testator legat fundum; videtur etiam legare partem, vel alium fundum, videtur etiam legare partem, vel alium fundum, qui est ei conjunctus, & una, eadèque appellatione nuncupabatur, & ad hoc notat & communiter Doctores. antiqui, text. expressus, & melior de jure, in l. præliis, §. fin. ff. de legat. 3. & ibi notat Bart. Alber. & alii Doctores.

Item etiam juxta prædicta quæro, si quis simpliciter vendit ancillam, vaccam, equam, vel ovem, an videatur vendere vitulum, pullum, vel agnum, & sic partus eorum? In quo articulo resolutivè dico, quod si talis partus est in utero, vel est jam natus, & lactatur ab ipsa matre, videtur etiam venditus cum ea, quia judicatur una & eadem res, & accessoriè adhaeret matri. Si verò ipse partus non lactatur à matre, sed jam pascit herbam, & aliter per se, tunc non censetur venditus cum matre, sed remanet penes venditorem: quia judicatur res indistincta, & per se; & accessoriè non adhaeret matri: ita probat text. valde singularis in jure, in l. sed adeff, §. si quis mulierem, ff. loc. ubi dicit text. quod si quis conduxit mulierem vehendam, non debet habere pretium, vel pensionem pro infante existente in utero, nec jam nato: quia vectura ejus censetur modica. Item quia, quousque lactatur puer, censetur unum corpus cum matre, & nondum exiisse de utero, cum eodem liquore alimentetur, quo exclusus vivebat, secundum Paul. & Doctores, ibi, text. in leg. in rem alio, §. item quancumque, ff. de rei vend. ubi probatur, quod quando aliqua res alteri accedit, & cohaeret, judicatur una & eadem res, & non debet ab ea separari, text. in l. plerumque, ff. de adil. edict. text. in l. si ut certo, §. usque adeo, ff. commod. ubi commodata equa, videtur etiam commodatus pullus editus, & tenetur in utroque custodiam præstare: text. in l. quamvis ff. de precar. ubi si per contractum precarii conceditur ancilla, videtur etiam concessus partus ejus, text. in l. cum aurum ff. de aur. & argent. legat. facit etiam notabilis text. in l. possessionem, Cod. commun. utriusque judic. ubi habetur, quod separatio inter parentes & filios & valde conjunctas personas, non est permittenda: text. in l. nec filium, C. de patria potest. & secundum illam distinctionem intellige text. in l. legatis servis, §. fin. versio. quib. ff. de legat. 1. qui habet, quod legatis ovibus non veniunt agni: quia debet intelligi, quando jam pascebant herbam, & erant de per se, secus verò si lactabantur, & accessoriè adhaerebant matribus, istam sententiam tenet Guil. de Cuman. in l. si ut certo §. usque adeo, ff. commodati, & ibi Alber. de Ros. Fulgos. & alii Doctores. Angel. & alii Doctores, in l. cum qui, §. non solum, ff. de furt. Bald. in cap. translatio, de constit. 2. col. n. 5. Pauli, Clem. Mart. in l. 1. §. divus Adrianus ff. de quæst. num. 2.

Item quæro, si quis simpliciter vendidit equum vel multrum, an videatur vendere fellam, & frænum? In quo articulo resolutivè dico, quod si tempore venditionis ostenditur emptori cum sella, vel fræno vel alio ornamento, omnia illa videtur vendita, & debent tradi emptori: quia tacitè videtur actum, quod veniant in venditione, & accessoriè accedunt, & cohaerent rei vendita. Si verò ostendatur nudus, & sine sella, vel fræno, ita videtur venditus, & non debetur aliquod ornamentum: & idem est quando ven-

ditur in absentia: quia si nihil actum est, non debetur sella, nec frænum: ita probat text. notabilis & expressus in l. adiles, la 2. vers. 1. ff. de adil. edict. Cujus verba sunt: Utrique si optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur; & ibi notat Odofred. Bald. Ang. Salyc. Fulg. & communiter Doctores. text. in §. vendendi ejusdem l. text. in l. cum qui, §. non solum, ff. de furt. & ibi notat Bart. & alii Doct. per quæ iura ita tenet Guilliel. Alber. Paul. & communiter Doct. in l. si ut certo, §. si usque adeo, ff. commendat. Bald. Salyc. & alii Doct. in l. 2. C. de adilit. action. Quod intellige, nisi aliud sit consuetudine loci, secundum prædictos Doct. ut supra.

Item quæro, si quis vendidit prædium, vel fundum, ad modum, vel jugera, & postea non inveniantur in eo tot modi, vel jugera, an venditor teneatur supplere, vel pretium minuerè in quo articulo notabili & quotidiano resolutivè dico sic: quod si talis venditor simpliciter vendit prædium, vel fundum uno & eodem pretio, dicendo, quod habebat tot jugera, licet tot non inveniantur, non tenetur supplere, nec pretium minuerè, sed totum pretium conventum habebit: quia intentio partium fuit, se referre ad certam speciem, vel corpus, non ad illam mensuram, & quidquid intra illud continetur, & reperitur conclusum, videtur venditum, argumento text. in l. adeo sacra, vers. 1. ff. de contrab. empt. Item etiam, quia talis assertio, vel demonstratio falsa non censetur finalis inter contrahentes, ut vitiat, dispositionem, argumento text. cum materia, in leg. demonstratio falsa, de condit. & demonstrat. Si verò talis venditor vendit prædium, vel fundum non simpliciter, sed ad modum, vel numerum, dicendo, quod habebat tot jugera pro certo & determinato pretio, pro quolibet jugerum, tunc, si tot non inveniantur, tenetur supplere jugera, vel pretium minuerè: quia intentio partium fuit se referre ad numerum, non verò ad ipsam speciem vel corpus. Unde secundum numerum debet fieri solutio, & assignatio rei non minuit, neque auget contractum, vel dispositionem, argumento text. in l. quidam testamento, ff. de legat. 1. & in l. si fundum sub conditione, §. si liberus, eodem tit. & in expresse istam sententiam & conclusionem probat textus in l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrab. empt. Cujus verba sunt: Qui agrum vendebat, dixit fundi jugera decem & octo esse, & quod ejus ad mensuram erit, ad singula jugera certum pretium stipulatus erat, viginti inventa sunt, pro viginti debet pecuniam respondere; & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Bartol. Alberic. Bald. Paul. Fulgos. Salyc. & communiter Doctores. text. in l. Rutilia Pola, eod. tit. & ibi etiam Doctores. text. in l. 4. §. si modus, ff. de act. empt. & ibi communiter Doctores, & in expresse per prædicta iura istam sententiam & conclusionem tenet O'Brad. in consiliis suis, consil. 197. Specul. & ibi Joan. Andr. in addition. ejus, in tit. de empt. & vend. §. 1. fin. col. vers. super quo, notat Alber. in l. comprehensum, ff. de contrab. empt. Bart. in l. Julianus, §. si Titius ff. de empt. Salyc. in l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrab. empt. Bald. in rubric. Cod. de contrab. emptio. pen. column. 22. quæst. Salyc. in l. 2. Cod. eod. tit. pen. quæst. Abbas in cap. per tuas de donat. 2. column. num. 9. & ibi Imol. fin. col. & ibi communiter alii Doctores. Paul. de Eleazar in c. fin. de empt. & vend. Cyn. in l. demonstratio

demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstrat. 3. colum. Jal. in l. 1. C. de summa Trin. & fid. Catholic. 1. lect. 2. col. num. 4. idem Jal. in l. si fundum sub condicione, §. si libertus, ff. de legat. 1. fin. col. Alexand. in cons. 133; 1. volum; 8. col. & cons. 120. 2. volum. in quibus locis predicti Doctores reputant singulare & quotidianum in practica.

17 Item quero, an in contractu emptiois & venditionis, vel quolibet alio requiratur scriptura? in quo articulo resolutive dico quod non: nisi in casibus in jure expressis, & determinatis: text. est formalis & expressus, in l. partum quod bona fide, Cod. de part. text. in l. in exercendis, C. de fid. instrum. cum pluribus aliis, nisi in casibus specialibus, de quibus ibi per Doctores, & latius per Gloss. singularem & magistralem in c. de casibus lib. 6. Quod intellige, praterquam si partes dicant, quod fiat scriptura: quia tunc nec emptio & venditio, nec alius contractus valebit, ante perfectionem & absolutionem ejus: text. est capitalis & expressus in l. contractus, Cod. de fid. instrum. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in §. 1. Instir. de empt. & vend. & idem disponit text. in l. 6. tit. 5. 5. part. Et adde quod hoc debent dicere partes in ipso contractu, vel ante: secus vero si postea, contractum jam perfectum & absolutum: quia tunc tantum requiritur ad effectum probationis: ita tenet & declarat Gloss. ordinaria in d. l. contractus, & ibi communiter Doctores. Imo postea licet partes nihil dicant, potest una alteram compellere, ut inter eas fiat scriptura pro faciliore probatione: quia quod sibi non nocet, & alteri prodest, cogitur quis facere, leg. 1. & denique el. 1. ff. de aqua pluvia arcend. & ibi Gloss. ordinaria que plura alia jura allegat, & communiter Doctores, & in terminis ita tenet Gloss. ordinaria in l. 2. ff. solut. matrim. in verbo susceptum, & ibi communiter Doctores. Gloss. etiam in l. Chirographis, ff. de admin. tutor. Gloss. etiam in l. pupillus, ff. de novat. tenet etiam Bart. & communiter Doctores in leg. si finita, §. eleganter, d. ff. de dam. infect. Quo casu adde, & nota d. quod non tenetur se obligare cum clausula garentigia: ita singulariter tenet Angel. in l. omnibus, ff. de judic. quem sequuntur communiter alii Doctores. Ex quibus inferitur, quod eo casu, quo partes dicunt in ipso contractu, vel ante, quod fiat scriptura, possunt licite recedere, antequam fiat & absolvatur talis scriptura, quia ante nullum jus, actio, vel obligatio fuit alicui parti questum. Secundo inferitur, quod postquam facta est scriptura, non agitur ex illo contractu, ex tempore conventionis, sed ex tempore perfectæ scripturæ. Tertio inferitur, quod si tempore conventionis erat unus conductor gabelle, tempore vero scripturæ factæ alius, gabella talis contractus pertinebit secundo conductori, & non primo. Quarto inferitur, quod si res vendita sit patrimonio, novem dies, qui dantur ad retrahendum, currunt a tempore factæ scripturæ, quando fuit à partibus requisita, de quo te remitto ad materiam retractus, quam posui in legibus Tauri, & predicta probantur in d. l. contractus, & in specie tenet & declarat ibi Paul. de Castr. 3. colum. num. 4. idem Paul. in l. cum res, Cod. de probat. colum. num. 4. idem Paul. in l. cum res, Cod. de probat. colum. num. 4. idem Paul. in l. cum res, Cod. de probat. colum. num. 4. idem Paul. in l. quisvis, ff. de verbor. oblig. 2. col. num. 2.

Item quero, an in contractu emptiois & venditionis requiratur arra: vel si interveniat, quem effectum habeat? in quo articulo resolutive dico, quod pro forma, & substantia contractus non requiritur, sed recte & juridice sine ea potest celebrari; text. est in leg. quod sepe ff. de contrah. empt. Cujus verba sunt: *Quod sepe arra nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arra cono. nihil proficiat, sed ut evidentiis probari possit convenisse de pretio, & ibi notat Gloss. ord. Bart. Alber. Bald. Fulgos. & commun. Doct.* Si vero interveniat arra, similiter valet & tenet contractus, & habet virtutem & effectum, quod in dubio inducit & operatur presumptionem contractus celebrati, ut probatur in d. l. quod sepe, & ibi tenet communis opinio. Dubium tamen maximum est, an eo casu, quo intervenit arra, possit aliqua pars recedere à contractu: Et breviter, & resolutive dico, quod si contractus non fuit perfectus, & absolutus: sed tantum interverunt verba preparativa contractus, vel dictum & conventum fuit, quod fieret scriptura, tunc qualibet pars potest recedere à contractu, & perdit arram, quam dedit: Et si partem que recepit, peniteat, perdit eam duplicatam, quia tenetur reddere arram, quam recepit, & tantundem ex suo patrimonio, textus est expressus in d. l. contractus, §. illud, Cod. de fid. instrum. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Pet. Cyn. Jacob. Bart. Alber. Bart. Bald. Paul. Salyc. & communiter Doctores. text. in §. 1. vers. fin. instir. de empt. & vend. Si vero contractus fuit perfectus & consummatus: & ultra hoc intervenit etiam arra, sunt dubia & diversæ opinioniones. prima, quod si aliqua pars vult recedere, amitti arram, & tenetur ad totale interesse, ita tenet Cyn. in d. §. illud. 2. col. 7. quæst. & ibi Alber. & alii plures Doctores quos ipse refert. Secunda principalis opinio est, quod pars quæ contradicit, & vult recedere à contractu, perdat arram, & tenetur ad interesse, sed arra debet in eo computari, & istam tenet Azo & alii quos refert Gloss. ordinaria in d. §. illud, & sequitur ibi Odofred. Jacob. Buttig. Bart. Bald. & Paul. de Castr. tenet etiam & sequitur Bart. Imol. Cuman. post Cyn. & alios antiquos in l. 1. §. unde queritur, ff. de Publician. Ang. in §. Instir. de emptio. & vendit. & ibi Jal. in additionibus ad Christoph. qui dicit, esse communem opinionem. Tertia opinio est, quod, imò indistinctè qualibet pars possit licite reddere, & tantum perdat arram quam dedit, vel teneatur reddere arram quam recepit, & tantundem de suo patrimonio, per text. in d. l. illud, & ibi tenet Salic. dicens, quod illa opinio servatur in practica, & alii Doctores. quos ipse refert, & istam etiam opinionem tenet Azo sibi contrarius, in Summa, C. de contrahend. empt. pen. colum. num. 1. 1. pro qua est hodie l. 7. tit. 3. 5. part. Quod est verum, & procedit nisi pro parte pretii, & solutione ejus detur predicta arra: quia tunc valet contractus: & nulla pars poterit ab eo recedere, secundum predictos Doctores, ubi supra, & expressè ita disponit predicta l. parit. in fin.

Item principaliter quero, an ipse contractus emptiois & venditionis, vel aliqua pars substantialis ejus possit conferri in voluntatem unius contrahentibus? & resolutive dico, quod non. Imò si conferatur, totus contractus est nullus: quia obligatio unius non debet pendere ex voluntate alterius contrahentis, text. est in l. in vendendis, C. de contrah. emptio. Cujus verba

verba sunt: *Illud constat, imperfectum esse negotium, cum emere volenti se venditor dicit, quanti velis, quanti aequum putaveris, quanti estimaveris, habebis emptum, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct.* Quod tamen intellige, quando contractus est onerosus, & ab utraque parte obligatorius, ut venditio, locatio, & similis: Secus vero si lucrativus, ut donatio, quia si quis donat alteri rem, si voluerit, valet talis donatio, argumento text. in l. si ita legatum, §. illi, si voluerit, ff. de legat. 1. ubi legatum potest conferri in meram & absolutam voluntatem legatarii, & ibi tenet Bald. Imol. Paul. & communiter Doctores. Bartol. in l. centesimis, §. fin. 1. col. de verbor. oblig. & ibi communiter Doctores. Paul. de castr. in l. stipulatio non valet, eod. titul. idem Paul. in l. Senatus, §. Legatum, d. leg. 1. Faber, in §. Pretium, instir. de empt. & vendit. 2. col. & ibi alii Doctores. quod limita, quando confertur in voluntatem donatarii, vel ejus cui debet donatio acquiri: secus si conferatur in voluntatem ipsius promittentis, & obligantis: quia indistinctè non valet, modo si contractus lucrativus, modo onerosus, quia lex presumit, quod non velit obligari; text. est in l. cum sub hac, ff. de action. & oblig. text. in l. stipulatio non valet, ff. de verbor. obligat. text. in l. actio, §. eod. tit. facit text. cum ratione in leg. si ita stipulatus fuero, 10. art. 1. §. eod. tit. & tenet Bart. & Doctores: in d. l. Centesim. §. fin. eod. titul. * Confirmatur, quia in alternatiis summarum semper minor pars intelligitur promissa, & idem est in alternativa temporis, ut in l. si ita stipulatus fuero, 10. art. 5. ff. de verbor. obligat. item adde quod in voluntatem tertii est maximum dubium, an possit poni contractus, & videtur quod non, quia est captatoria voluntas, sed certe tenendum est quod valet: ita Pan. in l. stipulatio non valet ff. de verbor. oblig. & facit text. in l. si quis arbitraus, eodem titul. 1. & in l. fin. de contrah. empt. *

Item intellige, quantum contractus ponitur, in voluntatem unius tantum: secus vero, si in voluntatem utriusque: Ut si quis dicat: *Vendo tibi rem pro decem, si vis, & aliter respondeat: Ego pro decem, si vis, tunc enim valet, quia in dependentibus à mera voluntate verbum Volo, hinc inde prolatum, non præsentem & perfectam in illo instanti, significat, & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in d. l. in vendendis, C. de contr. emptio. in fin. & ibi O lstr. Pet. Cyn. Jacob. Buttig. Alber. Bald. Paul. Salyc. & communiter Doctores. Item etiam intellige, quando ipse contractus, vel substantia ejus committitur in voluntatem contrahentis: secus vero si qualitas rei, ut bonitas, color, vel quid simile, & sic placencia, vel displicencia rei: ut si quis dicat: *Vendo tibi rem pro mille, si intra mensum, vel aliud tempus tibi placuerit:* quia tunc bene valet & tenet, & potest committi in voluntate contrahentis: text. est qui sic debet intelligi, in §. Instir. de empt. & vend. quem sic intelligit ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. omnis aliis solutionibus antiquorum Gloss. etiam ordinaria in d. l. vendendis, in 1. opposicione, & ibi communiter Doct. Adde tamen, quod si tempus non ponatur à contrahentibus, tenetur emptor eam reddere infra 60. dies, nisi expresse dictam sit quod perpetuo possit reddere: quia tunc valet conventio, & perpetuo poterit ea reddere: textus est singularis in l. quod si nolite, §. Si quid ita, ff. de edil. edit. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores & illum*

text. ad hoc reputat singularem Soc. in l. Si quis arbitrata, ff. de verb. obl. 2. 4. col. num. 21. ibi Jal. num. 2. Vel aliter dic, quod licet contractus, vel pars substantialis ejus non possit committi in voluntatem unius contrahentis, resolutio tamen contractus bene potest committi in voluntatem ejus, ita intelligatur text. in d. l. Quod si nolite, §. Si quid ita, ff. de edil. edit. text. in l. 2. C. de part. inter empr. & vend. & ista jura sic intelligunt, & declarant Abbas, & Panor. in c. illo vos de pignor. 1. col. n. 2. Item quero, si aliqua res vendatur duobus, vel pluribus diversis temporibus, quis eorum præferatur? In quo notabili, & utili articulo resolutive dico, quod ille præferatur, cui prius res fuerit tradita, textus est capitalis & expressus in l. Quotiens, cujus verba sunt: *Quotiens duobus insolidum prædictum jure dispartitur, manifesti juris est, eum cui priori traditam est, in aciendo dominio esse priorum, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Odofred. Pet. Cyn. Jacob. Bart. Alber. Bald. Paul. Salic. Jal. & communiter Doct. text. in l. Qui tibi, C. de hered. vel action. vend. text. in l. Si ancilla, Cod. de act. empt. text. in leg. qui tibi, Cod. de his qui à donat. text. in l. mulierum interest, vers. fin. Cod. si quis alteri, vel sibi, & idem disponit lex 50. tit. 5. §. par. Cujus decisionis prima ratio potest esse, quia actio, vel obligatio personalis, etiam contracta, & emanans ratione fundi, vel rei non sequitur ejus possessorem, textus est singularis in l. fin. ff. de contrab. empr. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. text. in l. adhuc, §. si operas, vers. Quamvis, ff. de usufruct. text. in l. 1. §. si heres, ff. ad Treb. text. in l. fluminum, §. Adjiciunt ff. de damn. infect. text. in l. Fideicommissum, §. Tractum ff. de judic. textus in leg. ipsi quoque, ff. de rei vend. textus in leg. emptorem, Codic. loc. textus in leg. cum, Cod. de action. & oblig. text. optimas in l. 1. & per totum ff. qui in fraud. credit. Ergo in postro casu, & questione, quod primus emptor, cui res non fuit tradita, non possit agere sua actione, vel obligatione personalia contra secundum emptorem, cui res fuit tradita, certe est nova, & concludens ratio mea. Secunda ratio vera, & fundamentalis sit, quia in emptorem, cui est facta traditio, translarum est dominium, & plenum jus rei mediante titulo, & traditione. Unde merito præferatur alteri, qui solum titulum, & actionem personalem habet contra dominum venditorem. Et istam rationem aperte volunt, & probant predicta jura, & in terminis eam tenet Gloss. ordinaria in d. l. quotiens, & ibi Pet. Cyn. Jacob. Bart. Alb. Bald. Paul. Salyc. & Jal. Quam sententiam & conclusionem primò extendo, modò quis alienet rem titulo oneroso, modò lucrativo, donatione vel alio simili, quia semper ille præferatur, cui prius fuerit tradita, text. in l. Quotiens, vers. fin. ibi notat, & sic ex causa donationis utque dominium rei vendentis, eum, cui prius possessio tradita est, habere potiorum conveniat: & ibi communiter DD. * Circa istam l. quotiens dico quod procedat quando constat, quod uni est prius tradita res, si vero non esset tradita, vel non constaret, sed ambo concurrant ad petendam rem eorum judice: teneo absque dubio quod primus sic præferendus, argumento eorum que dico in sequenti versiculo * Secundo principaliter extendo, ut procedat, & habeat locum in contracta locationis, Nam si quis locavit rem suam*

Venditio

duob. vel pluribus, praeferitur ille cui res prius fuerit tradita. Quod subtiliter proba tali fundamentis: quia aut ipse locator agit contra conductorem, & nullo modo potest, cum teneatur actione locati ad observantiam contractus. Ergo a fortiori competet exceptio ad retentionem ejus, arguendo text. in l. 8. Quod autem ait Praetor. ff. de superficie. text. in l. 1. Papinianus, §. si filius, de inoff. testam. text. in leg. inveniens, vers. 1. ff. de regul. jur. Aut verò primus conductor agit contra secundum, & nulla potest ei competere actio, per rationem primam supra assignatam, quod actio rei vel obligatio personalis non sequitur fundi possessorem, vel detentorem: Ergo aperte sequitur, quod actio vel obligatio sua profecta, vel causata ex contractu locationis, non potest dirigi contra praedictum secundum conductorem, detentorem rei, sed tantum contra locatorem, personaliter obligatum; neque huic sententia, & conclusioni obstat textus ille notabilis in l. in operis, ff. locati, ubi probatur, & disponitur, quod si quis locavit rem duobus, tenetur solvere primo, & ille praefertur secundo conductori. Per quam istam sententiam & conclusionem in terminis tenet solus Jaf. in d. l. Quotiens, §. col. vers. 13. dicens, quod sit frequens, quotidianus, & novus casus, ab alio non positus. Sed salva eius pace, ego teneo contrarium, per praedictum fundamentum. Nec obstat text. in d. l. in operis: quia loquitur & procedit, quando locator nulli ex conductoribus tradiderat rem: sed uterque concurrerat: quo casu primus est preferendus, & iste est verus & realis intellectus illius legis. Et sic eum intelligi ibi Gloss. ordinaria Bart. Alb. & communiter Doctores. Neque iterum obstat text. notabilis & subtilis, in l. Privilegia, ff. de pcul. credit. ubi disponitur, quod quando plures creditores personales concurrunt, nullus praefertur ex anterioritate temporis. Quia procedit in debito merè personali ad pecuniam, vel interesse: secus verò si sint creditores personales, ad factum sibi praestandum, quia tunc si concurrant in petendo, primus praefertur. Cujus ratio vera & subtilis est: quia factum est merè individuum, ut in l. 2. §. Item si in facto, & in l. 3. & in l. 4. & in l. Stipulationes non dividuntur, ff. de verb. obl. Ideo tale factum prius in totum debet praestari primo conductori. Et iste est verus sensus illius textus in d. l. in operis, & in expresso in nostra quaestione proposita, quod in contractu locationis praefertur secundus conductor, cui prius res fuerit tradita, istam sententiam & conclusionem tenent Domini de Rota, in decisionibus suis decisionibus 879. in Antiquis, Alex. de Imol. in consiliis suis, §. volum. cons. 112. Socin. in cons. suis, volum. 4. cons. 129. quam ego sequor.

Tercio principaliter extendit, ut procedat, & habeat locum in quasi domino, & Publiciana: nam si quis bonae fidei possessor rem alienam venderit, vel donaverit duobus vel pluribus, diversis temporibus, ille praefertur in quasi dominio, & Publiciana, cui prius res fuerit tradita, textus est notabilis, & expressus in l. si vero autem, §. si duobus, ff. de Publiciana, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria. Odofred. Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctores & reputat singularem Baldus, textus in l. si ea res, §. fin. ff. de action. empr. & idem disponit lex. §. 5. in quinto f. 5. part. f.

Quarto, principaliter extendit, etiam si primo

fit facta traditio per actum fictum: alteri verò per actum verum. Adhuc enim praefertur primus: quia jus, possessio, traditio, vel effectus, qui resultat ex actu ficto, dicitur esse verus & perfectus, sicut ille, qui resultat ex actu vero & naturali, ita probat textus singularis in l. cere, §. 1. ff. de precar. quem ad hoc notat & commendat ibi Bart. & communiter Doctores, & reputat unicuique Bal. in l. Quarta, §. No autem, C. de caduc. tollend. Probat etiam textus in l. quod meo, §. Si venditor ff. de acquirend. possess. & in expresso ita tenet Guido de Suza in dist. l. Quotiens, C. de rei vendic. Joan. And. in addit. ad Specul. in tit. de emptio. & vendic. §. sciendum, vers. Nota, quod si res vendita Bald. in rubric. de contrahend. empr. 4. colum. 16. quae est, idem Bald. in praedictis Fend. 6. colum. num. 29. Barr. in cap. cum venissent de reser. spol. Abbas in c. 2. de consuetud. Oldrad. in cons. 114. Alex. opinio & singulariter in cons. 14. §. in colum. Jaf. in d. l. Quotiens, C. de rei vendic. at. 4. colum. Dec. in Regul. Contractus, de regul. jur. in sexto.

Quinto principaliter extendit, ut primus emptor, vel donatarius, cui non est tradita res, non possit se opponere pro suo interesse, & impedire aliquo remedio juris, ne alius emptor, vel donatarius mittatur in possessionem, vel detentionem rei: sed liberè poterit venditor tradere, cui voluit, ut praefertur, licet teneatur ad interesse. Cujus ratio vera, & conclusiva est: quia licet expresse quis obliget, & promittat rem propriam non alienare, tamen bene potest liberè alienare, & dominium transferre, licet teneatur ad interesse, ut in l. Si ita quis, §. lego, & de verb. obligat. & in l. penultim. ff. de pact. & in l. Ea leg. Cod. de condit. ob caus. & utrobique communiter Doctores. Ergo eodem modo quando quis vendit alicui aliquam rem, licet tacite ex natura contractus teneatur alteri non vendere, nec alienare, sed eam emptori tradere, ut in l. 1. & per totum, ff. & Cod. de action. empr. & in l. qui fundum, ff. de contrah. emptio. & in l. Venditor hominis, ff. de evictio. & in l. Qui duobus, ff. ad l. Cornel. de fals. tamen potest liberè eam alteri vendere, & tradere, & in eum dominium transferre, ex quo venit preferendus primo venditori. Nec obstat, si subtiliter dicas, quod taliter res efficitur litigiosa, si primus emptor eam petat à venditore, ut in leg. 2. & per totum C. de litigijs. Ergo alteri non potuit dare nec tradere, quia illud est verum & procedit, quando venditor alienasset post litem contestatam, quia aliàs non efficitur litigiosa in actione personali, utri tenent, & declarant communiter Doctores. Unde ante bene potuit venditor alienare, & tradere, & dominium, vel quasi transferre. Et in terminis ita tenent singulariter Baldus, licet sic non declarat, in cap. 1. 2. colum. num. 3. in tit. Quid sit investitura, in usibus Feudor. & ibi notat & commendat Jafon, in d. l. Quotiens, Cod. de rei vendic. 1. colum. post median.

Sexto, & principaliter extendit, ut procedat, & habeat locum in clericis, & personis Ecclesiasticis, ut semper praefertur emptori cui prius res sit tradita: tenet Abbas, & magis communiter Doct. in cap. continebatur, de his que sunt à Prelatis sine consensu capituli, & tenet & fundat late Jaf. qui bene loquitur in hoc puncto, in d. l. Quotiens, C. de rei vend. §. col. n. 19. ad quem te remitto.

Septimo, principaliter extendit, ut procedat, & habeat locum: etiam si prima venditio, vel donatio fiat cum juramento. Nam si postea alteri ven-

datur, vel donatur, & ei fiat traditio, debet praefertur non obstante juramento: quia licet juramentum interpositum in contractu, praecise obliget jurantem ad factum, ut est Gloss. singularis juncto textu in l. Si pecuniam, in verbo, ne necesse habeas, ff. de condit. ob caus. quam ibi ad hoc notat & commendat Bald. & communiter Doctores, & reputat singularem Imol. in l. 2. §. Sed & si quis, fin. col. ff. de donat. idem Imol. in cap. 1. de judic. idem Imol. in cap. per duas, de arbitr. idem Imola, & ibi alii Canonistae, in cap. veniens de jurejur. Tamen illud est verum, & procedit, quando ipse habeat, & possidet facultatem: secus verò, si rem alienavit, & tradidit: quia ille, cui est facta traditio, debet praefertur, quia non impeditur venditor, vel donator per juramentum rem alienare, & dominium transferre, & in terminis ita tenet Imol. in cap. cum contingat, antepenult. col. fol. 2. num. 85. Tenet etiam Jaf. nimis commendando, in d. l. Quotiens, §. col. num. 36. Et ex superioribus potest reddi vera ratio dicendi ad textum notabilem & subtilem in l. si à Titio, ff. de rei vend. ubi habetur, quod si quis fundum emat, vel rem alienet à Titio, & ei sit facta traditio, & postea Titius extiterit haeres vero domino, & illum fundum, vel rem alteri vendat & tradat, debet praefertur primus emptor. Nam vera ratio potest esse: quia primo emptori res prius fuit tradita: unde merito debet praefertur, quia confirmatus fuit primus titulus, & traditio, & jus ejus, ex superveniente jure hereditario, ipsius venditoris: & ad hoc notat & commendat Gloss. ordinaria Odofred. Bartol. Alberic. Bald. Angel. & communiter Doctores. Probat etiam textus in l. Apud Celsum, §. à Titio, ff. de doli except. textus in l. à Titio, ff. de rei vend. & tradit. & idem disponit l. §. 1. tit. ul. §. 3. part. Nunc verò limita, & intellige praedictam sententiam, & conclusionem, quam habet, quod si res vendatur, vel donetur duobus, vel pluribus, ille praefertur in dominio, vel quasi dominio, cui res prius fuit tradita, primò ut procedat quando ex solo titulo non causatur, nec transfertur dominium, vel aliquod jus reale, sed sequitur traditio: secus tamen est, quando ex solo titulo causatur, & transfertur dominium, & jus reale, sine aliqua traditione vera, vel ficta: quia tunc ille, qui prius habuit titulum, praefertur alteri, licet ei facta sit traditio, & hoc aperte fundatur ex juris superioribus, juncta communi ratione, & in expresso ita tenet Pet. Cyn. Jacob. Butrig. Alber. Bald. Salyc. Paul. communiter Doctores in d. leg. quotiens, C. de rei vendic. Ex quo primò deducitur, & inferitur, quod si praedictus contractus, vel titulus fiat diversis temporibus cum Ecclesia & cum alio tertio, semper praefertur Ecclesia, licet alteri sit facta traditio, cum solo titulo transeat dominium in eam, & jus reale, ut in l. fin. cum materia, Cod. de sacrosanct. Eccles. & in terminis ita tenet Gloss. ordinaria in l. si vero autem, §. si duobus, in verbo potentis, ff. de Publiciana, & ibi communiter Doctores, tenet etiam Pet. Jacob. Butrig. Bald. Paul. Salyc. Jaf. & communiter Doctores in d. l. quotiens, C. de rei vend. Abbas & Canonistae in cap. continebatur, de his que sunt à prelatis sine consensu capituli, unum tamen est, quod hoc casu requiritur, quod Ecclesia probet venditorem, vel illum à quo habuit causam, esse dominium, ita Angel. in d. §. si duobus, in fin. quem sequuntur alii Doctores. Secundò deducitur, & inferitur, quod si quis obligavit,

vel hypothecavit rem suam duobus, vel pluribus, diversis temporibus, ille praefertur, cui prius sit facta traditio: quia solo titulo, & conventionione transfertur jus hypothecae sine aliqua traditione, textus est in l. 1. ff. de pignor. actio. textus in l. contrahitur, ff. de pignor. textus in l. si tibi decem, §. de pignore, ff. de pact. textus in leg. 4. ff. de fid. instrum. textus in l. iusto, §. non mutat, ff. de usucap. textus in l. 2. Cod. que res pignor. obligat. poss. idem disponit l. 13. tit. 13. §. part. Cujus ratio subtilis est, quia aliàs nihil operaretur contractus, vel obligatio pignoris, secundum Baldum in leg. traditionibus, Cod. de pact. penult. col. Ergo bene sequitur, quod in re, pluribus obligata, praefertur semper primus, absque traditione: & in terminis ita probat textus in l. credit. §. fin. vers. ul. fin. ff. qui potior in pignor. habend. Cujus verba sunt: Nam & in pignore placet, si prior convenit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potior esse priorum. & ibi notat & commentat Gloss. ordinaria Bart. Angel. Salyc. & communiter Doctores, & per illum textum ita tenet Cyn. Jacob. Butrig. Alber. Bald. Paul. Salyc. & communiter Doctores, in d. l. quotiens, & ibi Jaf. §. col. num. 11.

Secundò principaliter limita, & intellige, ut procedat, quando secunda venditio alteri facta fuit celebrata bona fide, sine dolo malo, & fraude: secus tamen est quando fieret in fraudem primi emptoris, ut non habeat rem, & secundus emptor participavit de fraude: quia tunc licet secundo emptori sit facta traditio, mediante qua in eum sit translatum dominium, primus emptor poterit, rem, & traditionem revocare actione in factam revocatoria, quae competit ad revocanda ea quae sunt alienata in fraudem creditorum, argumento textus in l. 1. & per totum, ff. his que in fraud. & credit. in l. 1. C. de revoc. his que in fraud. credit. & in terminis isto fundamento, & ratione istam sententiam, & conclusionem tenet singulariter Bald. in rub. C. de revoc. his que in fraud. credit. alienata sunt 1. col. n. 2. Salyc. in fin. cod. tit. & sent. tit. Gloss. ordinaria in d. l. quotiens, C. de rei vendic. in gl. 2. dum dicit, id est, bona fide, & ibi Alb. & Salyc. & tenet ibi expresse Jaf. & reputat singularem 6. colum. 9. limit. tenet etiam Ang. de Atet. in §. item si quis in fraudem, Instr. de action. pen. col. & ibi Jaf. 1. §. col. num. 76. ubi reputat illud dictum Baldi unicuique, & non alibi, idem Jaf. in l. fin. C. de Sacros. Eccles. penult. colum. Advertendum tamen, quod licet ista sit communis opinio, & satis aequa, & ab ea non recedendum in judicando & consulendo: tamen in puncto juris non videtur vera: Imò quod etiam isto casu secundo emptor, cui prius res fuit tradita, praefertur: & hoc inconvincibili ratione: quia etiam fraude utriusque probata, non est agendum revocatoria contra possessorem, nisi prius facta excussione in bonis principalis debitoris, ut in l. 1. C. de revoc. his que in fraud. credit. alienat. sunt, ibi, bonis ejus excussis, & ibi communiter, tenet etiam Gloss. & communis opinio in d. §. si quis in fraudem, Instr. de action. Sed in nostro casu venditor teneatur primo emptori ad interesse, res ubi non tradita est, ut in l. 1. ff. de action. empr. Ergo eo solvente, mediante praedicta excussione, non teneatur secundus emptor & poss. Nor. Confirmatur: quia cum ex natura contractus venditor teneatur ad tradendum, & sic ad factum, sequitur, quod ad hoc debet conveniri. Unde cum non habeat facultatem tradendi, succedit obligatio ad interesse. Et